



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

De ijs qui in summa calamitate petebant Circenses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

bunt; ludunt; mœchantur; infaniunt; Christum negare cœperunt. Et miramur post omnia ista, si ruinarum rerum suarum passi sunt, qui tanto ante mentibus corruerunt? Nemo itaque urbem illam in excidio suo tantum petisse credat. Vbi enim talia acta sunt, prius iam perierant quam perirent.

*De ijs, qui in summa calamitate petebant  
Circenses.*

*Sal. lib. 6.* **I** Acebant passim vtriusque sexus cadâuera nuda, lacerata, vrbis oculos inestantia, auiibus canibusque laniata; lues erat viuientium, fœtor funereus mortuorum, mors de morte exhalabatur, ac sic etiam qui excidijs supradictæ vrbis nō inter uerant, mala alieni excidij præferebant. Et quid post hæc, inquam, quid post hæc omnia? quis æstimare hoc æmentia genus possit? Pauci nobiles, qui excidio superuerant, quasi pro summo deletæ vrbis remedio, Circenses ab imperatoribus postulabant. Velem mihi hoc loco ad exequendam rerum indignitatem patrem negotio eloquentiam dari, scilicet vt tantum virtutis esset in querimonia, quantum doloris in causa. Quis enim existimare possit, quid primum in his, de quibus diximus, accusandum sit, irreligiositas, an stultitia, an luxuria, an æmentia: totum qui pœpe in illis est. Quid enim aut irreligiosius, quæ petere aliquid in iniuria Dei? aut quid stultius, quam quid petas nō considerate? aut quid tam perditum luxus, quam in luctu res desiderare luxurie? aut quid æmentius, quam in malis esse? & malorum intelligentiam non habere? Quæquam in ijs omnibus nulla res minus culpanda est, quam æmentia? quia voluntas crimen non habet; vbi furor peccatur. Quo magis hi de quibus loquimur, accusandi sunt, quia sani insaniebant: Circenses ergo Treuirii desideratis, & hoc vastati, hoc expugnati, post cladem, post sanguinem, post supplicia, post captiuitatem, post tot euerse vrbis excidia: quid lachrymabilis hac stultitia? quid luctuosus hæc æmentia? Fateor, miserimos esse vos credidi, cum excidia passi estis; sed miserrimos vos videro, cum & spectacula postulatis. Putabam enim vos in excidijs rem tantum atque substantiam, nesciebam etiam sensum atque intelligentiam perdidisse. Theatra igitur queritis, circum à principibus postulatis: quæso cui

statui, cui populo, cui ciuitati? Vrbi exusta ac perditæ, plebi captiua, & interceptæ, quæ aut perijt, aut luget? De qua etiam si quid superest, totum calamitatis est; quæ cuncta aut mœstitudine est auxia, aut lachrymis exhausta, aut orbitate prostrata: in qua nescias penè cuius sit fors peior ac durior interfectorum, aut viuientium. Tantæ enim sunt miserie superstitum, vt infelicitatem vicine mortuorum. Ludicra ergo publica, Treuirii, petitis, vbi quæso exercenda? an super busta & cineres, super ossa & sanguinem peremptorū? Quæ enim vrbis pars his malis omnibus vacat? vbi nō cruor fusus, vbi non strata corpora, vbi non concisorum membra lacerata? Vbi que facies captæ vrbis, vbi que terror captiuitatis, vbi que imago mortis. Iacent reliquæ infelicissimæ plebis super tumulos defunctorum suorum, & tu circenses rogas? Nigra est incendio ciuitas, & tu vultum festiuitatis vsurpas? Lugent cuncta, tu lætus es? Insuper etiam illecebris flagitiosissimis, Deum prouocas & superstitionibus pessimis iram diuinitatis irritas. Non miror planè non miror tibi euenisse mala quæ consecuta sunt: Nam quæ tertia excidia non contexerunt, quarto petierunt.

*Infestatio magistratuum.*

*Sal. lib. 7.* **S** tatuunt non adulterandum, & primi adulterant: statuunt non furandum, & furantur: quamuis penè non possum dicere quod furentur; non enim sunt quod agunt, furta, sed latrocinia. Punit enim iudex in alio peculatum, cum sit ipse peculator: punit rapinam, cum ipse sit raptor: punit sicarium, cum ipse sit gladiator: punit effraiores claustrorum, & ostiorum, cum ipse sit euerfor vrbium: punit exspoliatores domorum, cum sit exspoliator prouinciarum. Atque hoc vtinam illi tantum qui in potestate sunt positi, & quibus ius exercendorum latrociniorum honor ipse largitur. Illud grauius ac magis intolerabile, quod hoc faciunt, & priuati ipsædem ante honoribus functi. Tantum eis adeptus semel honor dat beneficij, vt semper habeant ius latrocinandi. Adeo etiam cum destiterint, ad administrandum potestatem habere publicam, nō desinunt tamen ad latrocinandum potestatem habere priuatam; ac si leuior est potestas illa quam habuerunt iudices, quàm hæc, quam priuati habent. In illa enim